



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quod de maioribus & minoribus quidam ceciderunt, inter quos vnuis fuit
celfior, scilicet lucifer. A

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Q V O D D E M A I O R I B V S E T M I N O.
ribus quidam crediderant. inter quos vnuſ fuit cel-
ſor ſcilicet lucifer.

D I S T I N C T . VI.

A

*Greg. cap.
24. in. finis.
32. ad illud
Iob. cap. 40.
Ipſe princi-
pium.
Gre. ca. 25.
in princ p.
lib 32. in c.
40. Iob.
Gre. ad me-
diū ciu. dē
cap. 25. li 31.
in ca. 40.
Iob. & hom.
34. ad me-
diū Luc. 15.
Gaudium e-
rit angelis.
Esa. 14. ca
Isid. de ſu-
mo bon. lib.
3. Cap. 12.
ad prin.*

Præterea ſcire oportet quoniam ſicut de ma-
ioribus & minoribus quoniam perſtiterūt: ita
de veroque gradu, quoniam corruerāt. inter
quos vnuſ fuit omnibus aliis cadētibus excelle-
tior, nec inter ſtantes aliquis eo fuit dignior, ſicut
teſtimoniis authoritatum monſtratur. Ait enim
Iob. Ipſe principium viarum Dei. Et in Ezech. le-
gitur. Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſcien-
tia & perfeſtione, decorus in delitijs paradiſi Dei
fuisti. Quod Greg. exponēs ait, Quanto in eo ſub-
tilior est natura, eo magis in illo imago Dei ſimi-
lis inſinuat̄r impressa. Item in Ezech. legitur.
Omnis lapis preiosus opeſtmentum eius, id est,
omnis angel⁹ quaſi opeſtmentum eius erat: quia,
ut dicit Greg. in aliorum comparatione cæteris
clarior fuit. vnde vocatus eſt lucifer, ſicut teſtatur
Efaias, Quomodo inquit cecidiſt̄ lucifer, qui ma-
ne oriebatis. &c. qui non vnuſ ordo, ſed vnuſ ſp.
accipiendoſt: qui teſte Isid. poſtquam creatus
eſt, eminentiam naturę & profunditatem ſcientię
ſue perpendens, in ſuum creatorem ſuperbiuit in-
tantum, quod etiam Deo ſe equarevoluit: ut in E-
faias dicitur, In cælum ascendam ſuper aſtra cæli,
& exaltabo ſolium meum, & ero ſimilis altissimo.
Similis quidem Deo eſſe voluit, non per imitatio-
nem, ſed per æqualitatem potentiae.

Vnde & quo deieſtus fuerit merito ſua
ſuperbie.

B

Et tantę ſuperbię merito de cœlo, id eſt, de em-
pireo, in quo cū aliis fuerat, deieſt⁹ eſt in iſtū cali-
ginosum aerē cū omnib. ſue prauitatis cōſortib⁹.
Nā ut Ioan. ait in Apocal. Draco de cœlo cadēs ſe-
cum

